

diversa media; arg. cap. Cum dilectus 3. juncto ejus Summario, & Abbas ibid. num. 7. de successione ab intestato. (Legib. 40. & reg. tit. 16. p. 3. meditatis, quilibet notabit, quod licet tam explicitè, ut Actor, præcedentia non comprehendantur, implicite continentur. Ad rem leg. 7. tit. 9. lib. 2. For. Reg. Vid. leg. 17. tit. 22. p. 3.)

15 Quinimo etiam in causis criminalibus, si testes plures testentur de diversis actibus, seu indicibus ad eundem omnino finem, & effectum tendentibus, ut si aliqui jurati deponant se vidisse Paulum egredientem de domo occisi, alii testentur de fuga ipsius, & alii de fama publica, poterunt conjungi ad faciendam plenam probationem; Mysing. Centur. 3. observ. 106. Pirhing. loc. cit. num. 144. vers. Quin etiam: Layman lib. 3. de Justitia tract. 6. cap. 4. num. 5. vers. Interim verum est, in fine, dicens id colligi ex leg. 3.

16 ff. de testibus. Quamvis tamen in causis criminalibus criminaliter motis caute sit procedendum ad Reos pœna ordinata condemnandos per solas attestaciones similibus testium, cum ad id requirantur probationes indubitatae, leg. Sciant cuncti Cod. de probationib. cap. Testes 2. quest. 7. & cap. 1. de exceptionibus, & notant passim Doctores. (Lex 12. tit. 14. part. 3. 26. tit. 1. 7. tit. 31. p. 7.)

17 Testes quoad probationem alii dicuntur Testes de scientia, alii testes de credulitate, & alii Testes de auditu. Testes de scientia dicuntur, & sunt illi, qui deponunt se scire aliquid ita esse gestum, eo quod proprio sensu corporeo, v. gr. visu, vel auditu id perciperint, nempe viderint tale furtum fieri à Petro, audierint talem blasphemiam proferri à Paulo, & hujusmodi. Testes de credulitate dicuntur, & sunt illi, qui jurati deponunt se credere rem ita se habere. Testes de auditu, seu ex auditu alieno, dicuntur, & sunt illi, qui jurati deponunt se ita audivisse narrari à viris fide dignis: Sic in re Doctores communiter.

18 Ordinarie loquendo ad legitimam facti probationem requiruntur Testes de scientia: Com. Et ratio est, quia de factis externis, & sensu perceptibilibus nequeunt Testes esse certi, nisi per aliquem proprium sensum corporeum: Certitudo autem de eo, quod testantur, est omnino necessaria ad legitimam probationem, cum teneantur reddere causam suæ scientiæ, seu testimonii sui, quando desuper interrogantur, prout à Judice interrogari debent; cap. Cum causam 37. juncta Glossa ibid. verb. De causis, de testibus, quam causam suæ scientiæ, seu sui testimonii, si non reddiderint, non valebit eorum dictum, seu testimonium, ut pluribus Juribus adductis notat Glossa in cap. verb. De causis, & tenet Com. Doctores, per textum in cap. Sicut nobis 16. de Sententia, & re judicata, ibi: "Verum quia testimonium ipsorum quasi nudè prolatum fuerat, cum de causis, quæ Judicem movere solent ad sententiam proferendam, nihil dixerint &c.?"

19 Hinc ordinarie loquendo ad legitimam facti probationem non sufficiunt testes de credulitate, & testes de auditu alieno, cum tales, ut notant passim Doctores, non dicantur vere, & proprie testes, sed solum improprie.

20 Dicitur autem notanter ordinarie loquendo, quia in quibusdam casibus admittuntur ad probationem etiam testes de credulitate, & testes de auditu alieno. Et signanter testes de credulitate admittuntur contra producentem. Item ad probandum rei innocentiam, ut quod hominem occiderit ad necessariam sui defensionem. Item in iis, quæ difficultis probationis sunt. Item quando concurrunt alia adminicula presumptionis, vel indicia. Sic pariter admittuntur testes de auditu alieno, si deponant super factis antiquis, ætatem, & memoriam hominum actû viventium excedentibus. Item in iis, quæ facta sunt tempore pestis, cum in iis difficile reperiantur testes, qui de visu, aut auditu proprio deponere possint. Item quando testimonium de auditu alieno est adminiculatum, seu conjunctum cum aliis conjecturis, aut presumptionibus, vel probationibus. Item in aliis casibus, in quibus admittuntur testes de cre-

dulitate. Sic in re Doctores commun. (L. 24. 25. 26. 28. & 29. tit. 16. p. 3. de antecedentibus idem asserunt.)

21 Testes regulariter procedendi sunt post litem contestatam, & citata parte adversa: Communiter. Et quidem quoad primam partem textu expresso in cap. Quoniam 5. §. 1. "Ut litem non contestata non procedatur ad testium receptionem, ibi: Quoniam frequenter in dubium revocatur à multis: An litem non contestata testes recipi valeant: Auctoritate presentium diximus declarandum, regulariter verum esse, quod litem non contestata, non est ad receptionem testium procedendum." Et quoad secundam partem, textu expresso in cap. In nomine Domini 2. de testibus, & in Authent. de testibus §. Et hic vero collat. 7.

22 Dicitur tamen notanter Regulariter, quia dantur speciales casus, in quibus testes produci possunt etiam ante litem contestatam. Et signanter in causis civilibus, cum adest periculum, ne testimonii facultas pereat, ut si timeatur de testium morte, vel absentia diuturna, textu expresso in cit. cap. Quoniam statim post verba num. antecedenti adducta, ibi: "Nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, in quibus casibus, cum civiliter est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortassis casibus subtrahatur, senes, & valetudinarii, & alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur, etiam litem non contestata, sunt procul dubio admittendi?"

23 Item si Reus legitime citatus comparere noluerit, sicque contumax fuerit, simulque periculum sit in mora, tunc contra contumacem, etiam litem non contestata, possunt testes produci, & recipi; & insuper si de causa liquido constet, etiam sententia definitiva ferri, textu expresso in cit. cap. Quoniam §. Porro.

24 Item etiam litem non contestata possunt produci, & recipi testes ad perpetuam rei memoriam, ne videlicet impostum probationis copia pereat, textu expresso in cap. Quoniam §. Sunt & alii, juncto ejus summario, & Glossa ibid. verb. Publicatio, & cap. Significavit 41. de testibus, & Authent. de testibus §. Et hic vero collat. 7.

25 Item etiam litem non contestata possunt produci, & recipi testes, quando agitur per viam inquisitionis super aliquibus excessibus: Vel testium publicatio imminet faciendâ, textu expresso in cit. cap. Quoniam §. Sunt & alii.

26 Item etiam litem non contestata possunt produci, & recipi testes in Judicis summaris: Cum enim in istis procedatur simpliciter, summarie, ac de plano, non est necessario præmittenda litem contestatio, Clementin. Sæpe contingit, de verbis. significavit. Glossa communiter recepta in cit. cap. Quoniam §. 1. verb. Regulariter: ubi plures enumerat speciales casus, in quibus summario procedi potest, & litem non contestata possunt testes produci, & recipi.

27 In causis autem criminalibus criminaliter motis non possunt unquam produci, & recipi testes, litem non contestata, pro instituenda futura accusatione: Sic Glossa communiter recepta in cit. cap. Quoniam §. 1. verb. Civiliter: ubi sic expresse habet: "Civiliter hoc ideo dicitur, quia in criminalibus nunquam recipiuntur testes, litem non contestata." Et id desumitur aperte ex cit. cap. Quoniam §. 1. ibi: "In quibus casibus, cum civiliter est agendum &c." ergo secus, quando criminaliter est agendum: Exceptio enim unius firmat regulam in contrarium in casu non excepto; leg. Quæsitum §. Denique ff. De fundo instructo, cap. Dominus 32. quest. 7. cap. 2. De conjug. leprosorum. Et ratio efficax est, quia cum in criminalibus casibus criminaliter motis non agatur de solo interesse pecuniario, ut in civilibus, sed de gravissimo præjudicio vitæ hominis, requiruntur in ipsis probationes strictissimæ & apertissimæ, ut dicit Glossa in cit. cap. Quoniam §. 1. verb. Civiliter: per textum in cap. Epiphanius 5. quest. 6. & leg. ultim. Cod. de probationibus.

28 Dicitur autem notanter criminaliter motis, quia secus est dicendum in causis criminalibus solum civiliter

ter motis, cum de ipsis sit discurrendum ac de causis mere civilibus; paria enim censentur, quod agatur mere civiliter, vel quod de crimine agatur civiliter, arg. leg. ultim. ff. de privatis delictis, & concordat cit. cap. Quoniam §. 1. ubi dicitur indistincte: Cum civiliter est agendum, non distinguens de causis mere civilibus, ac de criminalibus civiliter agitatis: Sic Doctores communiter. (Vid. supr. art. 1. in add. vers. A testimonio: ubi, si textus citatos recognoveris, plene confirmata omnia reperiantur.)

29 Ordinarie tres solum testium productiones fieri, & admitti possunt, quarta vero non nisi ex gravi causa, & cum solemnitate legali admitti potest: Commun. textu expresso in cap. In causis 15. de testibus, ibi: "In causis ecclesiasticis, vel civilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam solemnitate, quæ in legibus invenitur expressa." Et concordat Authent. de testibus §. Quia vero collat. 6. & cap. Ultra tertiam 55. de testibus, ubi insuper determinatur solemnitas legalis observanda in quarta testium productione, ibi: "Ultra tertiam productionem non debent testes produci in causa: Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, juramento, quod neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit percunctatus, neque per dolum, aut artem aliquam, quartam productionem exposcat, sed quia, quos desiderat de novo producere, prius habere nequivit."

30 Ubi, ut vides, dicta requisita solemnitas legalis in quarta productione testium importat juramentum super tribus punctis judici aliter præstandum. Primo, quod testificata, id est, facta, sive pro sua, sive pro contraria parte (ut explicat Glossa in cit. cap. Ultra tertiam verb. Testificata) testium depositiones, neque per se, neque per alium subtraxerit: id est, suppresserit, vel occultaverit, forsitan advertens, quod sibi non favoreret, quod nec didicerit, aut exploraverit, cum de facili posset tunc oriri periculum, & præsumptio subornationis testium, si isti post jam percunctata, seu didicita testificata produci possent; cap. Fratemitatis 17. juncta Glossa ib. verb. Novis, de testibus. Tertio, quod "nec per dolum, aut artem aliquam, quartam productionem exposcat;" id est, quod non ad malitiose probandam litem, donec aliquis interim moriatur, vel se abrenet (ut explicat Glossa ibid. verb. Per dolum) "sed quia, quos desiderat de novo producere, prius habere nequivit;" ut expresse habet textus in cit. cap. Ultra tertiam, & Authent. de testibus §. Quia vero collat. 7. tit. 2. cap. 4. (leg. 34. tit. 16. p. 3.)

31 Qui testificata, seu depositiones testium nondum dicit, neque testibus producendis renuntiavit, potest in eodem etiam Judicio, & super eisdem articulis, iterum eosdem, vel alios testes producere: Commun. textu expresso in cap. Constitutus 46. de testibus, juncto ejus summario, in quo sic præcise habetur: "Qui testificata non didicit, nec renuntiavit testibus producendis super antiquis articulis, seu capitulis, testes etiam alias producos producere potest." Et ratio est clara, quia in tali casu cessat periculum subornationis testium.

32 Post didicita, aut testificata, seu didicita testium productiones, aut post factam publicationem attestacionum non potest pars super eisdem articulis, vel directe contrariis reproducere priores testes, neque alios novos producere: Com. textu expresso in cit. Authent. de testibus §. Quia vero cap. 4. Collat. 7. tit. 2. ibi: "Illud tamen indubitatum est, quia etsi semel producens testes, aut his, aut testificationes tractaverit (id est, descripserit, ut explicat ibi Glossa) aut adversario hoc faciente, ipse disputationem acceperit, & hoc didicerit testificata, non habet omnino licentiam ullam ulterius uti testium productione." Et concordat cit. cap. Constitutus 46. de testibus, ibi: Cum nondum testificata didicerint, sumpto argumento à sensu contrario, & cap. Ex tenore 35. de testibus, ibi: "Cum attestaciones jam essent hinc inde solemniter publicatæ, locus productioni testium jam non erat," juncta Glossa final. ibid. Ferrar. Biblioth. Tom. IX.

cap. Veniens 38. §. Pars autem, de testibus, ibi: "Non licebat eidem postquam testificata didicerat, super eisdem articulis alios testes producere." Et ratio est manifesta, quia tunc subest præsumptum periculum subornationis testium, id est, ne pars, quæ testes produxit, eos subornet, ac instruat, ut aliquid addat, vel demant, seu corrigant de proprie à se facta testificatione; Clement. Testibus 2. de testibus, ibi: "Testibus rite exceptis, & eorum attestacionibus publicatis, si cui non licet super eisdem, vel directe contrariis articulis, alios, vel eosdem testes in principali causa producere; sic non debet in appellationis causa licere: Cum non minus in appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda."

33 Dantur tamen varii casus, in quibus etiam post publicationem attestacionum, aut didicita attestata, & insuper etiam post conclusionem in causa, possunt adhuc produci novi testes, aut reproducere priores, etiam super eisdem articulis, & admitti novæ probationes: Vide verb. Probatio à num. 66. usque in finem, ubi id clare ostenditur.

(Etiamsi verb. Probatio, multa notata reperiantur, obiter hic proponitur, per l. 15. tit. 8. lib. 2. For. Reg. & leg. tit. 15. cum leg. 33. tit. 16. p. 3. hucusque dicta circa terminos probatorios existere determinata; ceterum hodie in causis præsertim civilibus ordinariis (vid. ut pote consonat add. hisp. in fin. art. 3. vers. Cum non semper: ibi: In causis: quarta dilatio concedi non solum valet, sed etiam quinta, & sexta, hoc est, potest fieri prorogatio termini, à judice concessi, toties quoties à partibus petatur, si non fuerit elapsus, usquequo octoginta dierum spatium à die notificationis sententiæ interlocutoriæ qua fuit processus ad probationem receptus, adimpleatur, si intra portus sit ista faciendâ, seu centum & viginti si extra, quare nulla dilatio (leg. 1. tit. 7. lib. 4. Recop. Cast.) seu retardatio posthac admittenda; praxi est conforme, justis causis intercedentibus, à petitione partium cursum dierum in omnium complementum deficientium judicem posse retinere sui suspendere, tamen si terminus à judice præfixus licet minor, fuisset elapsus, amplius testes non sunt producendi: (Ad rem leg. 37. tit. 16. p. 3.) nihilominus mente conserva leg. 2. tit. 8. l. 1. & 4. tit. 11. lib. 3. Ord. Reg. 5. tit. 7. lib. 4. Recop. Castell. ibi asseritur, testium publicatione facta, in prima instantia alios non esse recipiendos, nisi restitutioni in integrum sit locus: ex quo inferri videtur, quod quamvis essent termini transacti, dummodo non sint didicita testificata, possunt admitti, & alii testes recipi: verum facile huic non magnæ difficultati effugium præbetur, nam responsio ex tempore publicationis earundem patet, quia hæc, quamquam in ordine posteriores, an. 1348. sunt publicatæ, sed lex 1. Recop. tempore Regum Catholicorum, scilicet an. 1502. per consequens si dubium aliquod oriri posset, cum priores leges (Vide verb. Lex) vires per posteriores amittant, cessat quælibet dubitatio: efficacius conquiescit animus, si recognoscatur lex 34. tit. 16. p. 3. unde forte leges trahunt originem: in ea deciditur, aliorum testium productioni non obstare, eo quia ab aliquo sit impostum omni productioni renuntiatum, facta aliorum receptione, nam determinatur, recipiendos, si attestaciones non fuerint publicatæ, nec termini, infra quos produci debebant, præteriti: quare perquam manifestum apparet, leg. 1. determinationi standum esse, nec, terminis transactis testes examinandos, licet non sint attestaciones publicatæ.)

34 Testes è longinquo producendi sunt sumptibus ipsius producentis, seu ipsorum testimonium desiderantis, qui tenetur proinde eis subministrare competentes expensas in veniendo, stando, & redeundo factas, juxta conditionem, & qualitatem ipsorum: Commun. textu expresso in cap. Statutum 11. §. Pro ferendo, de rescriptis in 6. "Sed nec tunc, nisi à producente competentes vocato pro testimonio veniendo, stando, & redeundo faciat ministrari expensas." & leg. Quoniam liberi 11. Cod. de testibus, ibi: "Talis debet esse cautio

«iudicantis, ut his (scilicet testibus) venturis ad iudicem per accusatorem, vel ab his, per quos fuerunt postulati, sumptus competentes dare precipiat,» quae ipsissima verba repetuntur in cap. Si testes 3. §. Venturis caus. 4. quest. 2. & 3. (Consonat lex 26. tit. 16. p. 3. prop. fin. ibi: gloss. D. Greg. Lop. verb. Dispensatio)

35 Insuper producens testes de longinquo debet eis compensare emolumenta, quibus testes ob absentiam carere debent, seu operas ob id ab eis omissas. Et hoc ad servandos testes indemnes, ne videlicet testimonium sit testificantibus damnosum ex iactura talium emolumentorum, quia licet testimonium non debeat testibus esse lucro, non tamen debet ipsis esse nocimento; Farinac. de testibus q. 67. num. 271. & 272. Reiffenstuel loc. cit. num. 443. testans de veriori, & magis communi contra Gailum, & alios.

36 Pars adversa, seu quicumque alius testium productionem injuste impediens, peccat graviter, & potest ob id excommunicari: Communis, textu expresso in cap. Constitutus 45. de testibus, ibi: «Cum quosdam induxerint ad jurandum, ne adversus Archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis, & terroribus a testimonio perhibendo arcere nitantur: Nos ex officio nostro super hoc providere volentes mandamus; ut generale ferat excommunicationis sententiam in omnes, qui impedimentum aliquod ipsi M. prestare praesumpserint in testibus producendis, juncto ejus Summario sic dicitur: Excommunicati possunt qui partem impediunt in testibus producendis.»

37 Testes antequam deponant suum testimonium, debent jurare, alioquin eorum testimonium non valet, & nihil probat in iudicio: Communis, textu expresso in cap. Nuper nobis 51. de testibus, ibi: «Nullius testimonio, quantumcumque Religiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius praedictum debet credi.» Et concordat cap. Fraternalitatis 17. cap. De testibus 29. cap. Tuis 30. de testibus, cap. Si Testes 3. §. Jurisjurandi caus. 4. quest. 2. & 3. cap. Hortatur 20. caus. 3. quest. 9. Item leg. Jurisjurandi 9. Cod. de testibus, ibi: «Jurisjurandi religione testis priusquam perhibeat testimonium, jam dudum a rariari precipimus,» & leg. Testium 18. Cod. eod. ibi: «Nique cum sacramenti religione deposuerint.»

38 Testium juramentum non est calumniae, sed veritatis id est, de tota veritate dicenda, quam noverunt circa rem illam, super qua deposituri jurant. Communis, per text. in cap. Nullam damnationem 3. caus. 2. q. 5. e. Hortatur 20. caus. 3. q. 9. cap. Non sane 15. caus. 14. q. 5. cum similibus.

39 Juramentum testium debet esse personale, ac praestari tactis Sacrosanctis Evangeliiis: Communis, per text. in cit. cap. Nullam damnationem, ibi: «Et prius ad sacra Christi quatuor Evangelia sacramenta praesent,» cit. c. Hortatur, ibi: «Tactis Sacrosanctis Evangeliiis,» & Clement. 1. §. Porto de haereticis, ibi: «Jurabunt ad sancta Dei Evangelia corporaliter a se tacta.»

40 Episcopi autem non jurant tactis corporaliter sacris Evangeliiis, sed tantummodo iis coram se positis, & inscriptis tacto suo pectore jurant: Authent. Sed Judex Cod. de Episcop. & Clericis, & cap. ultim. juncta Glossa ibid. verb. Per te ipsum, de juramento calumniae, Vestrius in practico. lib. 6. cap. 2. num. 7. Farinac. quest. 7. n. 81. & 82. Pirhing. loc. cit. num. 121. & alii, id extendentes etiam ad alios Sacerdotes, aliasque personas in sacris constitutas juxta praxim, & consuetudinem fere generalem.

41 Testes possunt interdum testificari de consensu partium etiam sine juramento; potest etiam a partibus tale juramentum ipsis remitti: Communis per textum in cap. Tuis questionibus 39. de testibus, ibi: «Testes producere absque juramenti depositione non possunt, nisi forte a parte remittatur adversa.»

42 Testes examinandi sunt ab ipsomet iudice: Authent. Ut defuncti, seu funera cap. 2. collat. 5. Novella 60. & concordat leg. Testium 3. ff. de legibus. Et id ut possint a iudice terri, & cogi iustum tes-

timonium ferre, ut dicitur in cap. Authent. seu Novella, & notat Glossa communiter recepta ibid. verb. Testibus.

Ob iustam tamen causam, ut si iudex fuerit legitime impeditus, aut testes fuerint remote absentes, ita ut difficulter ad iudicem accedere possint, potest iudex alteri personae idoneae eorum examen committere: cit. Novella 60. cap. 2. leg. Iudices 18. Cod. de fide instrum. cap. Constitutus 37. §. Praeterea, de fidejussor. cap. Mulieres 2. de iudiciis in 6.

Testes secreto, & singillatim seorsim ab aliis sunt examinandi, & non plures simul; cap. Venerabili 53. de testibus, juncta Glossa communiter recepta ibid. verb. Examinare, cap. Inquisitionis 27. §. Tertio, de probationibus, de accusat. ibi: «Qui post juramentum interrogati secreto,» leg. Nullum 14. Cod. de testibus.

Potest tamen, immo debet iudex adhibere Notarium, seu duos viros idoneos, qui testium depositiones conscribant; cap. Quoniam 11. de probationibus. (Ex n. 37. exposita per leg. 23. ad 27. tit. 16. p. 3. confirmatur; vid. etiam verb. Juramentum.)

Et insuper in examine testium super crimine haereticis praeter Notarium adhiberi debent aliae duae religiose, & discrete personae, textu expresso in cap. Ut Officium 11. §. Verum quia, de haereticis in 6.

Examinatio testium ordinari fit in loco iudicii, & ante prandium, dum testes adhuc sunt jejuni, & melius sibi praesentes existunt; cap. Placuit 1. de testibus, ibi: «Nullus testimonium dicat, nisi jejune, quod tamen, ut notat Glossa communiter recepta ibid. verb. Jejunus: Hoc de honestate dictum est, non de necessitate; per text. in cap. Honestum 10. caus. 22. q. 5. ibi: «Honestum etiam videtur, ut in sanctis audeat jurare, hoc jejunus facit cum omni honestate, & timore Dei.»

Unde si opus sit, aut expediens videatur, potest examinatio testium fieri etiam post prandium, ipsis testibus non jejunis, ut constat de communi consuetudine, & etiam extra locum iudicii, ubicumque expediens visum fuerit; Glossa communiter recepta in cit. cap. Quoniam 11. verb. Tempora, de probationibus, ibi: «In quo loco facta sint, Abbas ibid. num. 31. & alii passim id desumens, ut ipsomet textu dicti canonis, dum ibi jubetur Notarium in actis iudicii scribere depositiones testium, loca designando, & tempora, & personas.»

Personae egregiae, quando producuntur in testes, domi suae examinari possunt, ac debent, textu expresso in leg. Ad personas 15. ff. de iurejurando, ibi: «Ad personas egregias, eosque, qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad jurandum.»

Inter personas egregias comprehenduntur Episcopi, Authent. Sed Judex Cod. de Episcop. & Clericis. Immo etiam Presbyteri, & Diaconi, vel etiam alii Clerici, Abbas in cap. Si qui testium 8. num. 5. & 6. de testibus, Pirhing. loc. cit. num. 189. Reiffenstuel loc. cit. num. 505. Farinac. de testibus quest. 77. num. 213. cum aliis ibi citatis: Item personae illustres, & in dignitate constitutae; Felinus in cit. cap. Si qui testium n. 6. Farinac. loc. cit. num. 210. Pirhing. loc. cit. num. 189. Reiffenstuel loc. cit. n. 505. Item Doctores in leg. Medicos 6. Cod. de Professoribus, Glossa in cit. leg. Ad personas 15. verb. Ad personas ff. de iurejurando, Abbas loc. cit. n. 5. Farinac. loc. cit. num. 214. Pirhing. loc. cit. n. 189. Reiffenstuel loc. cit. num. 505. Item Milites, seu Equestris ordinis personae; Pirhing. loc. cit. num. 189. Reiffenstuel loc. cit. num. 505. Farinac. loc. cit. num. 223. cum aliis ibi allegatis.

Eodem privilegio gaudent etiam testes valetudinarii, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita ut coram iudice commode comparere nequeant propter virium imbecillitatem, vel quia cum honeste personae sint, non sine dedecore suo ad locum iudicii venire possunt: Unde etiam ad horum testimonium recipiendum debet iudex mittere personas idoneas, & discretas, textu expresso in cap. Si qui tes-

testium 8. de testibus, ibi: «Si qui testium valetudinarii sunt, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita quod non possint ad vestram praesentiam adduci, ad ipsos recipiendos mitatis personas idoneas, & discretas, juncto ejus Summario sic dicitur:» iudex mittere debet examinatore discretum ad testes recipiendos, qui ad eum commode venire non possunt, & concordat cap. Mulieres 2. de iudiciis, ubi idem de feminis statuitur.

Quod autem dictum est supra num. 50. de personis egregiis, v. gr. personis Illustribus, Doctoribus, & Militibus &c. locum non habet in causis criminalibus, quia in his magis decet, ut personae etiam egregiae ad iudicem se conferant, quam iudex ad ipsas; Abbas loc. cit. num. 1. Felinus loc. cit. num. 2. Farinac. loc. cit. num. 235. & 238. Pirhing. loc. cit. num. 190. & alii per textum in auctent. Apud eloquentissimum Cod. de fide instrum. ibi: «Sed hoc in civilibus tantummodo casus, nam in criminalibus testes apud iudices representandi sunt, & cum res exegerit, tormentis subiicendi,» juncta Glossa in cit. cap. Mulieres verb. Jure prohibente, ibi: «Jure prohibente, ut in criminali criminaliter intentata.» Et id supra citati Doctores extendunt etiam ad causas civiles valde arduas, quia causas civiles valde arduae, & magni momenti, aequiparantur causis criminalibus, arg. leg. Advocati Cod. de Advocat. diversor. iudic. (Lex 35. tit. 16. p. 3. fere cum antecedentibus convenit; vid. adh. hisp. infra art. 3. verbi. Cum non semper: ibi: In causis: usque in fin.)

In examinatione testium ultra interrogatoria generalia, quae eis fieri solent, nempe quae sint factis, & conditionis, an sint conjuncti producenti, an inimici parti adversae, an subornati, an in causa controversa interesse habeant, & hujusmodi, sunt etiam facienda interrogatoria specialia circa causam controversam, & ejus peculiares circumstantias, quae generatim ad decem reducuntur, prout habentur expressa in cap. Cum causam 37. de testibus, ibi: «De singulis circumstantiis prudenter inquires, de causis videlicet, personis, in loco, tempore, visu, auditu, scientia, & credulitate, & fama, & certitudine.» Quae decem particularia interrogatoria breviter a Glossa ibid. verb. Tempore: sequentibus versiculis perstringuntur.

Auditus, visus, persona, scientia, causa, fama, locus, tempus, ac certum, credulitasque; Dum testes recipit, iudex haec cuncta notabit.

In testibus examinandis sunt omnino evitanda interrogatoria suggestiva, utpote in iure expresse prohibita. Unde tenetur iudex ab ipsis abstinere non solum quando tendunt in damnum rei; sed etiam quando tendunt in damnum Fisci: Ita Farinac. de testibus quest. 79. num. 78. Scaccia lib. 1. de iudiciis quest. 86. num. 3. & 40. Reiffenstuel loc. cit. num. 518. & ipso teste Communis aliorum, per clarum textum in leg. In Criminibus 1. §. 21. ff. De Questionibus, ibi: «Qui questionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius, vel Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis id fecerit, alterum enim magis suggerens, quam requirerentis videtur.» (Circa formam testes interrogandi leg. 26. 27. 30. tit. 16. p. 3. loquuntur; & quavis etiam examinatio num. 54. proposita explicite non discernatur in eis, eo ipso quod sciatur qui sunt a testimonio dicendo repellendi, agnoscitur quae necessario sunt interroganda; ideo in praxi sic est admissum, licet interrogatoria (de causis civilibus praecipue loquitur) non presententur: nam praesentatis haec interrogaciones exprimitur.)

Unde, ut vides, interrogatoria suggestiva dicuntur, & sunt ea, quae fiunt de aliquibus in specie, si ve exprimento speciales personas, circumstantias, & qualitates alicujus causae civilis, vel criminalis, seu rei gestae, ac criminis commissi, ut si iudex interroget testem, an viderit, quod Paulus occiderit Petrum ta-

li die, in tali loco, percutendo ipsum baculo, vulnereando in capite &c. seu an viderit Cajum tali die furari calicem in tali Sacello, furari equum in tali domo, tali die &c. hoc enim modo dicitur testis interrogari per suggestionem, suggerendo nempe, seu ipsi indicando quid respondeat, scilicet: «Ita vidi, quod Paulus occiderit Petrum tali die, & loco percutiendo ipsum baculo, & vulnerando in capite &c.» Vere vidi Cajum tali die furari calicem in tali sacello, furari equum in tali domo, tali die &c. Farinac. tom. 3. praxi criminali quest. 84. n. 91. & 92. Scaccia lib. 1. de iudiciis cap. 86. Reiffenstuel loc. cit. num. 516. & alii. (leg. 3. tit. 30. p. 7.)

Duplex autem potest esse suggestio, una scilicet aperta, & alia palliata. Suggestio aperta dicitur, quando de ea aperte, seu clare constat ex ipsamet facta interrogazione, ut liquet in allatis exemplis. Suggestio palliata dicitur, quando testis aliquo modo aperitur via respondendi, sed de ea interrogazione non apparet: Et hoc dupliciter accidit, primo quando nullo modo apparet, de qua re testis fuerit interrogatus, ut si in actis scribatur: Ad oppositam interrogacionem respondit. &c. Sic enim libera datur via respondendi, secundo quando interrogans praevult testem in responsione, quasi subtiliter ei indicando modum respondendi, seu quando interrogans praevult Reum in responsione, si ipsemet Reus interrogetur, quasi subtiliter ei indicando modum evadendi; Farinac. loc. cit. n. 91. & 92. Scaccia cit. cap. 86. num. 8. & 40. eum aliis ibi citatis, & literatiter Reiffenstuel loc. cit. num. 517.

Confessio rei per interrogacionem suggestivam extorta, non praecedentibus signis, non sufficit ad ipsum condemnandum, & omnia inde secuta sunt penitus nulla, & invalida; Scaccia lib. 1. de iudiciis cap. 86. n. 7. & 40. Farinac. tom. 3. praxi criminali q. 83. num. 84. cum pluribus aliis ibi allegatis; Reiffenstuel loc. cit. num. 521. Ludovicus de Ameno in practica criminali tit. 19. §. 4. num. 17. & ipso teste alii communiter. Et ratio est, quia interrogaciones suggestivae sunt omnino in iure prohibita; cit. leg. In Criminibus 1. §. 21. ff. De Questionibus: Quae autem contra Jus fiunt, debent utique pro infactis haberi, textu expresso in cap. Quae contra Jus 64. de Regul. Juris in 6. & concordat cap. Imperiali 13. caus. 25. quest. 2. & leg. Non dubium 5. Cod. de legibus.

Nunc (ait Imperator Constantinus in L. 9. §. 1. Cod. de Testib.) «manifeste sancimus, ut unus quicumque testis responsio non audatur, etiamsi praesentia Curiae honore refugiat.» Quod adeo Doctores extendunt, ut ne consuetudine quidem, aut per summum principem introducti possit, ut uni testi plene credatur: Confer Umm. ad process. dispat. 16. numer. 42.

Justa vero ratione venire interdum potest, ut unico testi credatur; Horn. dissert. de probat. per unum testem. Quotum in praxi rectori solet, quando persona in officio publico constituta de illis testificatur, quae egit ratione officii vel coram ipso gesta sunt. Et ita credendum est iudici, si asserat testamentum coram se conditum fuisse, licet vel maxime juramentum non praestet; Carpov. Jurisprud. forens. part. 1. contr. 16. defin. 27. Philippi decisi. 44. observ. 3. num. 18.

Sic etiam Nuntio publico in his, quae ad officium eius spectant, creditur, non item in illis, quae extra officium sunt. Adi Mew. ad Jus Lubecens. lib. 1. titul. 1. art. 3. n. 17. veluti si testificetur de executione eorum, quae ipsi sunt commissa: L. 5. Cod. de exact. tribut. nequaquam vero de facto tertii. Idem quoque hodie locum habet quoad Aduarios, Secretarios &c. quum aequitate personae sint, ut fidem publicam in his, quae ad officium eorum spectant, habere debeant: Philippi ad decisi. 38. observ. 3.

Natura quoque negotii admittit aliquando probationem per unum testem, veluti si in summarissimo de praesentanea possessione agatur: Brunemann in L. 91. Cod. de testib. Horn. disserti. cap. 3. num. 5.

Pro rei vero gravitate quandoque ne duo quidem tes-

BIBLIOTECA CENTRAL

testes sufficiunt, ut patet ex L. 18. C. de testib. Disponit hic Imperator, quod contra debitum in scriptis contractum testes non facile audiendi sint, qui solutionem probare velint. Quin potius qui exceptionem solutionis recte docere vult, producere debet. vel quinque testes idoneos, & summa integreque opinionis, qui solutioni presentes fuerint, vel per apocham. Ceterum moribus non quinque amplius testes requiruntur, sed duo sufficiunt: Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 15. defn. 23. n. 12. & seg. Gudelini de Jur. novissim. lib. 4. cap. 11. Gronowegen. de leg. Abrog. ad dict. L. 18. n. 2. Sande lib. 1. tit. 10. defn. 1.

65 Simile quid est in L. ultim. C. Si certum petatur, ubi caverit, ut si debitum excedat 10. libras auri, hic chirographum & quantalia aliis robor non habeant, nisi trium testimonio subscriptione munita sit. Sed moribus nec requiritur hæc tria testimonio subscriptio: Gudelini loco mox citato, Gronowegen. ad dict. L. ultim. Christin. vol. 5. dec. 5. n. 8. (Vid. add. hisp. nov. in art. præced. & verb. Testamentum cum l. 32. tit. 16. p. 3.)

ARTICULUS III.

Quoad testimonium exceptionem, seu reprobationem, coactionem, & obligationem.

SUMMARIUM.

- 1. Quæ exceptiones testimonio obijciendæ: quo tempore opponendæ: quando contra testes à se productos: quod discrimen in testibus probatoris, & reproboris, ad num. 11.
- 2. Testificari recusantes cogendi: differentia inter jus canonicum & civile: quando compelli nequeant, & e converso, ad num. 27.
- 3. Clerici, & Religiosi in criminalibus, ubi de imponenda pena sanguinis agitur, cogi non possunt: & quare: quid, si alii non adsunt: testes an possint uti restrictione mentali, ad n. 33.
- 4. Quando sub gravi ex charitate tenetur testis dicere testimonium: quid, si à iudice sit legitime citatus, & interrogatus: iudex censetur iuste & iudice de testibus exigere: casus referuntur in quibus testis obligatur, seu non, testimonium in iudicio ferre, ad num. 39.
- 5. Testis in pluribus peccat ex malitia falsum deponens, quas penas incurrat: an teneatur tale factum seu dictum revocare: ad quid teneatur si falsum deposuerit ex ignorantia invincibili, inadvertentia, aut oblivione inculpabili, ad n. 44.
- 6. Testis qui non sciens, & nec ex notabili negligentia, seu non ex culpa lata, sed tantum ex levi falsum deposuit, qualis sit ejus obligatio, ad num. 46.
- 7. Auctoris supplementa inseruntur, ad n. 62.
- 8. Novæ additiones ex aliena manu subsequuntur, ad num. 69.

EXCEPTIONES, quæ testimonio obijci possunt, sunt triplicis generis, scilicet contra personas testimonio, contra examen testimonio, & contra depositiones, seu dicta testimonio: Hiltorpius in process. Judiciali. tit. 9. cap. 6. Pirhing. loc. cit. num. 239. Reiffenstuel loc. cit. num. 334. & alii.

Exceptio contra personas testimonio fit opponendo ipsi, quod vel omnino, vel saltem respectu talis causæ inhabiles sint ad ferendum testimonium: Et qui sint tales sic inhabiles, abunde patet ex supradictis art. 1.

Exceptio contra examen testimonio fit opponendo, quod non sit legitime factum, vel ex defectu Jurisdictionis, si nempe à Iudice incompetente testes fuerint examinati, v. gr. Clerici à Iudice seculari sine consensu proprii Superioris; vel quia testes producti, & recepti sunt ante litem contestatam, aut parte adversa non citata, aut post tertiam productionem non observata requisita solemnitate legali, aut post didicita testificata, seu cognita depositiones eorum, aut post conclusionem in cau-

sa, sive renuntiationem à partibus factam productioni testimonio: Vel quia non jurati sunt recepti, & examinati, aut non singulati, & seorsim in secreto, sed simul plures admitti, & hujusmodi, de quibus exceptionibus satis constat ex supra dictis art. 2.

Exceptio contra depositiones, seu dicta testimonio fit opponendo, quod deposuerint contraria, sive unus testis sibi ipsi, sive unus alteri contradicat. Vel quod deposuerint singularia, vel sine certa scientia, vel deposuerint inverisimilia, aut poenitus falsa. Vel etiam quod deposuerint per interrogatoria suggestiva sibi facta, & hujusmodi de quibus plene constat ex dictis supra art. 2.

Exceptiones contra personas testimonio sunt opponendæ ante publicationem attestatum, alioquin non valent, nisi in tribus casibus: Communis, textu expresso in cap. Presentium 31. de testibus, ubi assignantur dicti tres casus. Primo scilicet: "Si quis cum juramento firmaverit, quod ad hoc ex malitia non procedat. Secundo si forsitan ante publicationem id fuerit protestatus. Tertio quando quis ostendere poterit, quod post publicationem didicerit, quod obijcit in personas."

Exceptiones contra depositiones, seu dicta testimonio opponendæ sunt post publicationem attestatum: Communis. Et ratio est clara, quia partes ante publicationem attestatum ignorant penitus quid testes deposuerint, sicque nesciunt quid in eorum dictis, seu depositionibus sit reprobandum, adeoque &c.

Et idem servata proportione dicendum venit de exceptionibus contra examen testimonio: Tales enim exceptiones, ut de se patet, nequeunt opponi, nisi quando examine illo testimonio producto altera pars cognoscere potuit, istud, se non citata, aut aliis illegitime fuisse attentatum, & factum: Sic præcisè verbis Reiffenst. loc. cit. n. 539. & alii passim.

Nemo potest excipere contra, seu reprobare testes, quos induxit pro se, sed teneatur eos admittere contra se, etiam in alio Iudicio, nisi nova causa supervenerit: Communis, textu expresso in leg. Si quis testibus 13. Cod. de testibus, ibi: "Si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere, nisi ostenderit inimicitias inter se, & illos postea emersisse, ex quibus testes repellat Leges præcipiant;" & concordat cap. Si testes 3. §. Si quis testibus caus. 4. q. 2. & 3. ubi repetuntur ipsissima præcisè verba.

Item potest quis excipere contra, & reprobare testimonium antea à se productum, non solum ex inimicitia postea inter se orta, sed etiam ex quacumque nova causa de Jure sufficiente ad aliquos testes repellendos, ut si postea testis ille factus sit infamis, perjurus, & hujusmodi: Communis, arg. cit. leg. Si quis testibus 17. Cod. de testibus, & cit. cap. Si testes 3. §. Si quis testibus caus. 4. q. 2. & 3. Ubi enim eadem est ratio, ibi etiam eadem est legis dispositio; leg. Ideo 26. ff. De legibus, leg. Illud 22. ff. Ad Legem Aquilianam, & cap. Inter corporalia 2. de translatione Episcopii, Cum ratio legis sit anima legis; leg. Cum ratio 7. ff. De bonis damnatorum. (Additio hisp. nov. in primo articulo contenta conformis est præsentis materie, utpote omnia, quæ referuntur circa testimonio inhabilitatem, pro exceptionibus intelliguntur; Leg. 31. tit. 16. p. 3. multum prodest decisio, inter alia asserens, quod, licet testis personam non possim reprobare tamquam jam antea à me in alia causa productus, nisi quid novi evenierit, obijcere contra suam dictum quin valeam, quis dubitat; in leg. 41. de testibus contrariis, invicemque se repugnantibus tractatur, quia neutrum sustinetur, sicut nulli creditur, quando contraria instrumenta producuntur: si testes discordant, iudex eos sequetur qui verisimilia deponunt, licet isti sint impares numero. Vid. eam.)

Testes reproborari possunt reprobari per alios testes reproboratos à parte adversa productos, & etiam hi ipsi reproborari possunt reprobari per testes reproboratos reproboratorum: Ultra vero, id est, contra testes istos reproboratos reproboratorum non est permis-

sum alios testes reproboratos producere: Communis, textu expresso in cap. Licet dilectus 49. de testibus, juncto ejus Summario sic expresse dicente: "Testes reproboratos & reproboratos reproboratorum reprobare licet, sed reproboratos reproboratorum non licet." Unde, ut vides, ad æqualitatem servandam in Judiciis, & ne veritas succumbat, ac per falsos testes opprimatur, jure merito tam Actori, quam Reo permittitur reprobare, tum testes reproboratos super principali negotio ab altera parte productos, tum etiam horum reproboratos, & ne detur processus in infinitum, statuitur, quod in tertia productione testimonio priores testes reproborantium utrobique detur status, nec ultra ad quartam testimonio productionem contra tertios productos possit procedi, testu expresso in cit. cap. Licet dilectus: ibi: "Ne si producendi quatuor contra tertios, & sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotia diuinius protelari contingat."

11 Testes autem reproborari dicuntur, & sunt illi, qui super causa, seu negotio principali producuntur ad probationem illius; testes reproborati vero dicuntur, & sunt illi, qui ab altera parte producuntur ad reprobandum, seu refutandum personas, aut dicta illorum testimonio reproboratorum, probando scilicet per eos, quod testes illi probatori sint à Jure inhabiles, utpote servi, infames, & hujusmodi, aut quod eorum depositio sit contradictoria, falsa &c. & sic ipsi nihil probent. Testes reproborari reproboratorum tandem dicuntur, & sunt illi, qui vicissim producuntur ad reprobandum personas, aut dicta testimonio reproboratorum: Sic in re Doctores communiter, id desumentes ex cit. cap. Licet dilectus 49. De testibus, & ejus Summario, & cap. Presentium 4. de testibus in 6. juncto pariter ejus Summario.

12 Quando testes legitime citati venire, aut testificari in causa civili recusant, tunc per Iudicem sive Ordinarium, sive Delegatum ad testificandum compelli possunt: Communis, textu expresso in cap. Causam 1. De testibus cogendis, ibi: "Mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in sua assertionis testimonium invocatos, ne veritatem occultent, diligentius moneas, & inducas: Si autem odio, vel gratia, vel timore se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis Iudicibus, vel eorum nuntio, quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione compellas, juncto ejus Summario sic dicente: In causa civili monendi, & inducendi testes sunt ad testificandum. Et si se subtrahant odio, gratia &c. compelluntur, & concordant cap. Cum super 2. cap. Super eo 3. cap. Pervenit ad audientiam 4. cap. Pervenit ad nos 5. cap. Ceterum 6. eod. leg. Temporibus 1. §. 3. ff. de inspiciendo ventre" cum similibus.

13 De Jure civili etiam in causis criminalibus cogi possunt testes laici ad testificandum; Pirhing lib. 2. Decret. tit. 21. num. 15. in fine, Reiffenst. ibid. n. 18. Sigismund. Seaccia lib. 2. de Judiciis cap. 10. n. 12. Julius Clarus in praxi criminali. l. 5. §. final. q. 24. num. 21. testans sic servari in Jure civili de communi consuetudine, arg. leg. Si quando 19. Cod. de testibus, juncta Glossa ibi. verb. Causis: Cum similibus, & cap. Super eo 3. in fine de testibus cogendis. (Consonat lex 36. tit. 16. p. 3.)

14 De Jure canonico in causis criminalibus criminaliter motis testes etiam laici ordinari cogi non possunt ad testificandum: Sic Glossa in cap. Super eo verb. Passim in cap. Pervenit ad nos verb. Recusant, in cap. Dilectorum verb. Super criminibus, de testibus cogendis, Pirhing. loc. cit. num. 11. cum Innocent. Abbate, Imola, & aliis ibi citatis, testans insuper sic sentire alios Canonistas communiter, Reiff. loc. cit. num. 20. Farinac. Tract. de testibus quest. 78. num. 115. dicens hanc esse communem sententiam Canonistarum per text. in cap. Dilectorum 10. de testibus cogendis, ibi: "Testes, qui fuerint nominati, præterquam super criminibus (si se gratia, odio, vel timore subtraxerint) per censuram ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere," ubi ut vides,

expresse excipiuntur causæ criminales per illa verba: Præterquam super criminibus.

Et à fortiori dicendum est, quod testes etiam laici cogi non possunt ad testificandum de crimine occulto, & non notorio, quamvis forte duobus, vel tribus cognitum sit, textu expresso in cap. Super eo 3. de testibus cogendis, ibi: "Verum si non est notorium, & is, qui convenitur, factum negaverit, testes, qui interfuerint facti, monendi sunt, non cogendi, ad ferendum testimonium." & sic tenent Jo. Andr. in cit. cap. Dilectorum 10. num. 11. vers. In occultis, de testibus cogendis, Layman l. 3. theolog. moral. tract. 6. cap. 4. num. 9. Farinac. quest. 78. num. 121. cum aliis ibi allegatis, Reiffenst. loc. cit. num. 22. Pirhing. loc. cit. n. 12. ubi allegat S. Thomam, & alios.

Item nec cogi possunt testes etiam laici ad testificandum in causis criminalibus, quando ex tali depositione, seu testificatione imminet ipsis testibus grave periculum, v. gr. capitalis inimicitia; Baldus in cit. cap. Dilectorum num. 6. & Felinus ibid. num. 3. Layman loc. cit. Pirhing. loc. cit. Reiffenst. loc. cit. num. 23. Lessius l. 2. de Jure. cap. 30. dub. 6. num. 50. Menochius de Arbitr. Judic. lib. 2. casu 487. num. 3. & seg. & alii passim. Et ratio est, quia nemo potest cogi testificari in præjudicium suorum consanguineorum, vel affinium, textu expresso in leg. Lege Julia 4. ff. De testibus, quæ est canonizata in cap. Si Testes 1. caus. 4. q. 2. & 3. §. Lege Julia: Et concordat leg. Parentes, & liberi 6. Cod. de testibus, cum similibus; ergo multo minus cogitur quis testificari in tam grave proprium præjudicium, ut est inimicitia capitalis.

Dantur tamen varii casus, in quibus etiam de Jure canonico cogi possunt testes ad testificandum etiam in causis criminalibus criminaliter motis. Et signanter quando veritas aliter haberi non potest, textu expresso in cap. Pervenit ad nos 5. de testibus cogendis, ibi: "Qui... testificari recusant, si aliter veritas nequiverit elici, ad illud sunt per censuram ecclesiasticam compellendi, juncto ejus Summario sic habente: Si res aliter probari non potest, & in causa criminali compellendi sunt testes." Et sic Glossa ibi. verb. Ecclesiasticis: Abbas in cit. cap. Dilectorum n. 6. Socinus in Fallentis Regul. 417. fallent. 2. Farinac. d. quest. 78. num. 121. cum plurimis aliis ibi citatis, Pirhing. loc. cit. num. 13. Reiffenst. loc. cit. num. 25. & alii.

Item compelli possunt testes ad testificandum etiam in criminalibus, quando malitiose se subtrahunt à ferendo testimonio timore adversæ partis, aut gratia, vel odio aliquo; cap. Super eo 3. de testibus cogendis, juncto ejus Summario, in quo sic dicitur: "Testis, qui timore adversæ partis se subtrahit, testificari compellitur: Adde etiam in criminali secundum communem intellectum, cap. Cum contra 9. eod. ibi: Nos igitur respondemus, quod testes predicti, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, debent, appellatione remota, compelli veritatis testimonium perhibere, juncto ejus Summario sic dicente: Testes, qui subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt." Farinac. quest. 78. num. 126. cum pluribus aliis citatis, Pirhing. loc. cit. num. 14. Reiffenst. loc. cit. num. 26. & alii passim.

Item Testes etiam in criminalibus cogi possunt ad testificandum, quando pars adversa malitiose impedit eorum productionem; cap. Pervenit ad audientiam 4. de testibus cogendis, juncto ejus Summario sic habente: "Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatoris subtrahit." Pirhing. loc. cit. num. 14. cum aliis ibi allegatis, Reiffenst. loc. cit. n. 26. Farinac. loc. cit. & alii passim.

Item testes cogi possunt ad testificandum in crimine hæresis, læsæ majestatis, conjurationis, simoniæ, & aliis similibus atrocioribus delictis; Com. per claros textus in cap. Si quis per capillum 10. caus. 22. quest. 1. cap. Venerabilis 11. de testibus cogendis, juncto ejus Summario sic habente: "Ad delegendam veritatem conjurationis coguntur socii, etiam jurati, cum similibus aliis.

- 21 Ad testificandum regulariter in nulla causa cogi possunt parentes, & liberi contra se invicem; imò isti neque volentes admittuntur: Com. textu expresso in leg. Parentes 6. Cod. de testibus, ibi: "Parentes, & liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittuntur." Et concordat cap. Si testes 3. §. Parentes caus. 4. quest. 2. & 3. ubi ipsissima verba repetuntur.
- 22 Item regulariter in nulla causa cogi possunt ad testificandum agnati, & cognati contra suos consanguineos usque ad tertium gradum inclusive: Colligitur aperte ex leg. 3. Lege Julia 4. ff. de testibus, & c. Si testes 3. §. Lege Julia caus. 4. q. 2. & 3. in quo utroque loco expresse cavetur, ne consanguinei inviti cogantur adversus se dicere testimonium usque ad Sobrinum, & Sobrinam, Sobrinove natum; qui tertio gradu ab invicem distant, ut patet ex Arbore Consanguinitatis.
- 23 Item regulariter in nulla causa cogi possunt ad testificandum contra se invicem Socer, & Socrus; Gener, & Nurus; Vitricus, & Norverca; Privignus, & Privigna; Patrus, & Amica; Avunculus, & Matertera; Maritus, & Uxor, & hujusmodi affines; cap. 1. Lege Julia, & cit. cap. Si testes 3. §. Lege Julia, caus. 4. q. 2. & 3. juncta Glossa ibi verb. Imperarii: cum similibus, Pirhing. loc. cit. cap. num. 23. & alii communiter.
- 24 Item regulariter in nulla causa cogi possunt liberti ad testificandum contra patronos, nec patroni contra suos libertos, textu expresso in cit. leg. Lege Julia, & cit. cap. Si testes 3. Ne liberti; & Ne Patroni: Et concordat leg. Libertorum 12. Cod. de testibus, cum similibus. (Art. 1. ibique leg. 9. tit. 30. p. 7. quæ præcedentia confirmat.)
- 25 Item regulariter in nulla causa cogi possunt ad testificandum senes majores 70. annis, valetudinarii, milites, & illi, qui cum magistratu reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet, textu expresso in cit. cap. Testes 3. §. Invidi caus. 4. quest. 2. & 3. & leg. Invidi ff. de testibus, cum similibus.
- 26 Notanter autem in conclusionibus à num. 20. dicitur Regulariter, quia supradicti privilegiati cogi possunt ad testificandum in aliquibus casibus. Et signanter, quando veritas aliter quam per ipsos haberi non potest: Com. per textum in cap. Pervenit ad nos 5. de testibus cogendis, ibi: Si aliter veritas nequiverit elici, cap. Venerabilis 11. eod. ibi: Ne pro defectu testium peccat sua Jurisdictio, cap. Quamquam 2. caus. 14. quest. 2. ibi: Ne veritas occultetur, cum similibus. Et ratio est clara, quia tunc favore eruedæ veritatis eorum privilegium cessat, cum publica utilitas, quæ in perhibendo testimonio veritati versatur, merito præponderare debeat.
- 27 Item dicti privilegiati cogi possunt ad testificandum in crimine læsæ majestatis, hæresis, & aliis atrocissimis exceptis criminibus; Farinac. tract. de testibus q. 55. n. 170. & seq. Pirhing. loc. cit. n. 23. & alii communiter: Vide dicta art. 1. à n. 89.
- 28 Clerici autem, & Religiosi, ubi agitur de imponenda poena sanguinis, nequidem cogi possunt ad testificandum in dictis criminibus exceptis propter periculum Irregularitatis, ut notat Reiffenstuel loc. cit. n. 37. & fusi- us id probat lib. 2. Decretal. tit. 20. à num. 170. solvens contraria: Vide art. 1. num. 102.
- 29 Clerici, si non adsint alii testes, cogi possunt ad perhibendum testimonium veritati, etiamsi cederet in aliquod damnum Ecclesie; Glossa unica in cap. Cum unica 12. de testibus, Abb. ibid. n. 4. Reiffenst. loc. cit. tit. 21. num. 41. & alii passim. Et ratio est, quia in defectu probationum cessat omne privilegium, ne veritas occultetur, & injustitia foveatur, per Jura adducta supra numero. 26. Iniquum enim esset ecclesiam contra alium injuste locupletari, aut manuteneri, atque gravi alterius læsione veritatem opprimi.
- 30 Non obstante juramento, quo testis juraverit, se nihil dicturum, neque deponitur in Judicio, potest is ad testificandum compelli: Communis, textu expresso in cap. Pervenit ad audientiam 4. de testibus cogendis, juncta Glossa ibi verb. Juramento adstrinxit,

cap. Venerabilis 11. eodem, juncto ejus summario sic dicente: "Ad detegendam veritatem conjurationis coguntur socii etiam jurati. Et concordat cap. Intimavit 18. de testibus, ibi: Injungimus, ut... eos qui sunt juramento adstricti... in testimonium recipere non postponas. Item cap. Constitutus 45. de testibus, ibi: Illos autem, quos, ut dictum est, jurasse constiterit, quod contra Archiepiscopum nihil dicerent, denunties juramento hujusmodi non teneri. Item cap. Olim 26. de accusationibus, ibi: Juramentis, si qua de tacenda veritate Abbas extorsit, relaxatis."

Imò talis potest testificari nulla prævia dicti sui juramenti absolute; Glossa in cit. cap. Venerabilis 11. verb. Absolvant, de testibus cogendis, Abbas ibi. num. 3. Pirhing. lib. 2. Decretal. tit. 21. num. 19. Reiffenst. ibi. num. 45. Vallens. ibid. num. 3. Maschard. de probacionibus quest. 5. provincial. num. 48. & 54. Farinac. d. quest. 78. num. 150. & 151. Et ratio est, quia, cum tale juramentum sit temerarium, & contra mores præstitum, ne scilicet veritas manifestetur, & justa sententia sequatur, non est obligatorium, textu expresso in cap. Non est obligatorium 18. de regul. Juris in 6. ibi: "Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum." Unde absque ullo periculo perjuri potest quis ipsi contravenire; cap. Quanto 18. de jurjurando, juncto ejus Summario, in quo sic habetur: "Jurans scilicet illicitum non indiget absolute, sed tenetur illud non observare." Cum, ut dicitur ibid. in textu. "Cum juramentum, non ut esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum." Et concordat cit. cap. Constitutus 45. de testibus per textum adductum numero antecedenti, ubi, ut vides, posteriora illa verba: Denunties juramento hujusmodi non teneri, aperte indicant, tale juramentum ipso Jure fuisse invalidum, veluti contra bonos mores præstitum, quia ibi Pontifex non mandat suo Delegato, ut illos, qui sic jurarunt, à suo juramento prius absolvat, sed solum ut denuntiet illos tali suo facto juramento non teneri. Reçle tamen monent supradicti Doctores, & alii, quod consultius sit absolute non teneri, & cautela petere, vel saltem quod Judex prius declaret nullitatem ejus, arg. cap. Veniens ad Apostolicam 38. in fine de testibus, ibi: "Ad cautelam absolutis eosdem, ut vocati ad testimonium libere valeant pro utraque parte testari."

Testes aut, & quando possint, vel non in præstando juramentum sui restrictione mentali, seu amphibologia, aut equivocacione? Vide verb. Juramentum, art. 1. à n. 13. & verb. Restrictio mentalis per tot. & vide etiam aliqua ad rem sub verb. Reus.

Obligatur testis sub gravi peccato ex charitate, & sponte sua testimonium dicere, quando proximus in gravi necessitate de vita, fama, vel bonis fortunæ periclitatur, & malum, testificando, impediri potest, Communissima Doctorem in materia de charitate: Tunc enim urget charitas, ut innocenti, & sic indigenti succurramus.

Ex Justitia autem legali, seu ex obedientia tenetur sub gravi testimonium ferre solum, quando à competente Judice legitime est citatus, & interrogatus: Sic Doctores communiter cum S. Thoma 2. 2. quest. 70. art. 1. num. 2. & Scoto in 4. dict. 15. quest. 3. Et ratio est manifesta, quia justo legitimi Superioris præcepto in re gravi, ut est præceptum legitimi Judicis jurisdictione interrogantis, & testimonium exigentis, parendum est sub mortali.

Tunc vero Judex juste, sive juridice exigit à testibus testimonium, quando hominis infamia, justa accusatio, vel denuntiatio criminis cum semiplena probatione, vel aliis indicis sufficientibus ad testes examinandos præcesserunt: Sic ex communi Lessius lib. 2. cap. 30. dub. 6. Layman theol. moral. lib. 3. tractat. 6. cap. 4. num. 8. Sporer tom. 2. tract. 5. in VIII. præcept. Decalog. cap. 4. sect. 3. numer. 51. & alii passim.

Unde testis sub mortali tenetur testimonium ferre in legitimo Judicio insequentibus casibus. I. Si de Aucto-

re delicti sit saltem semiplene probatum, aut sufficientia de hoc habeantur Indicia. II. Si procedatur via accusationis, & possit crimina sufficienter probari. III. Si Auctor labore infamia criminis patrat: Communis, Et ratio est clara, quia nisi in his casibus obligetur quis testimonium ferre, nihil prodessent tribunalia Justitiæ cum maximo reipublicæ, & particularium detrimento.

Non obligatur autem testis, etiam interrogante, & præcipiente Judice, testimonium ferre in sequentibus casibus. I. Si rem solum ex Confessione Sacramentali noverit, ut patet ex dictis sub verb. Juramentum art. 1. num. 15. (Lex 35. tit. 4. p. 1.) II. Si criminis notitiam accipit sub secreto naturali ad honestum finem, utpote Advocatus, Medicus, Chirurgus, Ostetrix, Vir doctus, aut valde amicus &c. ad consilium, auxilium, vel remedium adhibendum misero, criminoso, aliis secluderetur miseris subsidium necessarium. Excipie tamen, si defectu testimonii immineret communitati, aut privato aliquo grave, & notabile damnum, quia in tali casu obligaretur ad testificandum, cum tunc non obligaret naturale secretum. III. Si crimen est occultum, ita ut nulla publica de eo adsint indicia, quamvis forte duobus, vel tribus privatim cognitum esset; nisi tamen crimen valde periculosum esset reipublicæ, quia tunc tenetur illud testificari, cum bonum commune prævalere debeat particulari. IV. Si rem nove- rit à personis dubiæ, aut modicæ fidei, quia tunc potest se habere ac si nihil sciret. V. Si auctor non laboret infamia, nec damnum timeatur postea. VI. Si notitiam delicti alteriusve secreti per injuriam accepit, v. gr. literas aperiendo, vel hominem per vim cogendo, aut per ebrietatem ad id inducendo, tunc enim id testificari non tenetur, nec juste potest, cum injuria semel illata non sit extendenda. VII. Si sciat factum hominis, de quo interrogatur, à peccato & poena alienum esse, ut si ex ignorantia hominem pro fera occidit; si rem alienam absulit ob justam compensationem, vel gravissima necessitate coactus, tunc enim non tenetur de eo testari, immo factum simpliciter negare potest, sicuti & ipse Reus etiam addito juramento, quia interrogatio Judicis procedit ex præsumptione commissæ culpæ, seu de facto criminosis; quæ factum recte negat etiam juratus: Sicuti ex communi docent Lessius loc. cit. cap. 31. dub. 3. num. 14. Layman loc. cit. num. 9. verb. Si sciat: Sporer loc. cit. num. 52. & alii passim. VIII. Si ex testificacione sibi, vel suis notabile damnum imminet, non tenetur testari, nisi crimen Reipublicæ periculosum sit, ut proditio, & hujusmodi, & alia ratione impediri non possit: Sic docent Navarr. 1. Manual. capit. 25. & in Canon. Inter 11. quest. 3. Petrus Navarr. lib. 2. cap. 4. Lessius lib. 2. cap. 30. & 31. Layman lib. 3. tract. 6. cap. 5. & 1. 4. tract. 3. cap. 14. Busemb. 1. 4. cap. 3. art. 4. dub. 6. sequitur à La Croix lib. 4. num. 1514. Sporer loc. cit. numer. 52. Henno tom. 2. tract. 2. disp. accessoria quest. 4. conclus. 2. Pontas verb. Testis, Merbesius tit. 1. Summa Const. part. 3. quest. 192. & alii passim.

Unde in dictis casibus, & quoties Judex non legitime interrogat, licitum est testimonium recusare, subterfugere, tergiversari. Aut si necessario sit respondendum, veritatem dissimulare, aut aliqua licita amphibologia, vel restrictione mentali eludere, juxta notata, & dicta sub verb. Juramentum art. 1. à n. 13. verb. Restrictio mentalis per tot. & partim sub verb. Judex, ac verb. Reus. Vide ibi.

Circa testes in ordine ad dicendam veritatem Judici legitime interroganti, absque ulla mentali restrictione, tom. 1. hujus Bibliothecæ verb. Accusatus, post num. 43. adnotavimus.

Testis in pluribus peccat. Et signanter si affirmet quod ignorat: Item si veritatem, quam debebat celare, aperiat: Item si se occultet, ne interrogetur, casu quo tenetur testari: Item si Judici juste, & legitime interroganti ad rem non respondeat: Item si pretium pro dicenda veritate accipiat, sicuti peccat Judex, si pretium accipiat pro ferenda sententia justa, Ferraria. Bibliothecæ, Tom. IX.

cum nemo possit aliquid accipere pro eo, ad quod tenetur ex officio. Vide verb. Judex à num. 53.

Testis, qui ex malitia scienter falsum deposuit, præter poenas perjuri, quas incurrit, tenetur etiam ad restitutionem totius damni inde sequuti propter injustitiam commissam; Communis. Item tenetur talis malitiosus, & falsus testis revocare suum falsum testimonium cum pari suo damno, & periculo, etiam vite, si Reus à se injuste pro tali testificatus, de ea periclitetur, & putetur revocando aliquid effecturus; Communis. In damno enim æquali potius habenda est ratio innocentis.

Si autem testis ex ignorantia invincibili, inadvertentia, aut oblivione inculpabili, falsum deposuit, quamvis teneatur retractare id, quod dixit, & damnum impendere eo modo, quo potest, non tenetur tamen ex justitia ad restitutionem damni illati, cum neque teneatur ex re accepta, neque ex injusta acceptacione, seu delicto, & vere injustitiam non commiserit: Cajetanus 2. 2. quest. 70. art. 4. Navarrus in manuali c. 25. num. 40. Sanchez tom. 2. consil. moral. lib. 6. cap. 5. dub. 7. Busemb. loc. cit. Lezana in Summa qq. Regular. verb. Testis Regularis num. 4. Diana, Fagundez, Corduba, & alii passim.

Item ad restitutionem non tenetur talis testis in casu quo à parte rei pro suum falsum testimonium nihil effecerit, seu nullum damnum causaverit, ex quo per falsa testimonia aliorum jam tota causa damni fuerit posita, ita ut Judex ex hoc testimonio nihil penitus fuerit motus: Lessius lib. 2. cap. 30. dub. 7. Diana p. 3. resol. 105. Fagundez in VIII. præcept. decalog. lib. 8. cap. 42. num. 3. Busemb. loc. cit. circa finem, & alii.

Testis autem, qui falsum deposuit, non scienter, nec ex notabili negligentia, seu non ex culpa lata, sed tantum ex culpa levi, licet non teneatur ad restitutionem totius damni, tenetur tamen ad restitutionem partis juxta proportionem culpæ: Navarr. loc. cit. num. 40. Sanchez loc. cit. dub. 17. Fagundez loc. cit. num. 1. Lezana loc. cit. num. 4. Scotus lib. 5. de justitia quest. 7. art. 4.

Alia ad rem: Vide verb. Judex, verb. Juramentum, verb. Restitutio, verb. Restrictio mentalis, verb. Reus, & dicta hæctenus sub hoc verb. Testis.

Testes plures, sed singulares quoad varios actus successivos, ex quibus unicum delictum confitatur, si non ad poenam, sufficientes decernuntur ad torturam pro eruenda veritate: Benedict. XIV. tom. 1. constit. 97. incip. Sacerdos in æternum §. 4. (Vide tit. 30. p. 7. præcipue in leg. 3. in qua unus testis bonæ existimationis sufficit: Ad rem vid. add. hisp. verb. Usura, ver. At quid: etiam condicet Aul. 10. vid. lit. F. pag. 136. vers. Que para la justificacion:;) Testimonium Judicis omni exceptione majoris in antiquis attendi debet: Idem constit. 76. incip. Apostolica servitutis §. 15.

Testis unicus non probat de jure: Idem tom. 2. constit. 28. incip. Postremo mense §. 55. Ultima quando testis unicus legitimis præsumptionibus, & validis conditionibus administratus est: Idem ibid. §. 55. Item limita, ut collatio Baptismi per unicum testem fide dignum probari possit: Idem ibid. §. 31. Testes in judicis civilibus admittuntur etiam mulieres: Idem ibid. §. 55.

Testes habentes notam manum, identitatem scripturæ autographæ non probant, nisi validis adminiculis fulciantur, id est, comparentur cum aliis ejusdem scriptis per peritos, qui de identitate characteris juxta eorum artis regulas judicium faciunt, & hujusmodi: Idem constit. 26. incip. Postulatum. (Vide add. not. verb. Testamentum, dum agitur de subscriptionum recognitione in testamento in scriptis.) Testes examinati turmatim invalidam probationem in causis Beatificationis, seu Canonizationis constituunt, sed de substantia examinis formalis est, ut singuli seorsim audiantur: Idem ibid.

Testes pro electione sepulture sufficiant duo: Sic expresse resolvit Sacra Congr. Concil. in Neapolitana

BIBLIOTECA CENTRAL

eleccionis sepulturae 13. Februarii 1665. lib. 25. Decretor. pag. 29. apud Ihesaur. Resol. 1. 2. p. 104. in Causa Sorana Funerum §. Redactam: & saepe alibi: Nec requiritur, quod tales testes deponentes super electione sepulturae recipiantur medio juramento per publicum Notarium, ut expresse statuit eadem Sacri. Congreg. in Senogallien. Funerum die 19. Decembris 1739. ubi ad secundum sic propositum dubium: "An testes super electione sepulturae deponentes, recipi debeant medio juramento per publicum Notarium; sive potius sufficiat, eosdem testes deponere ore tenus cum juramento coram ipsomet Parocho, vel Vicario Foraneo? Respondit: Ad II. Negative ad primam partem, & affirmativè ad secundam." Ita apud Thesaurum Resolutionem tom. 9. part. 1. pag. 156. in dicta Senogallien. Funerum.

56 Testes synodales olim tum in synodis provincialibus, tum in diocesanis elegabantur viri probatae fidei, ut diocesanis perlustrarent, exploraturi, an synodalia statuta custodirentur, & omnia in futura synodo fideliter referrent, quae emendandaprehendissent. Differabant à Periodicis, seu Visitationibus, quia jurisdictione carebant. Valde utiles erant, & adhuc essent: Difficiliter tamen idonei inveniuntur, qui velint tale munus suscipere, adeoque ferre ubique in desuetudinem abjurerent, & in eorum locum suffecti sunt Fiscales Episcoporum, & Decani, hoc est Vicarii Foranei, qui utique, si doctrina, pietate, prudentia, & zelo praesentent, ac minus sum diligenter obirent, synodalia munus defectum supplerent, & compensarent; Sic pluribus ad rem erudite suo more adductis tradit Benedic. XIV. de synodo diocesana lib. 4. cap. 3. per tot.

57 In testes assistentes Matrimonio contracto non praemissis debitis denuntiationibus excommunicatio latae sententiae decerni potest: Idem ibid. lib. 7. c. 69. numer. 2.

Vatiae praenotantur ab A. digna consideratione: primò, non valere contra personas testium exceptiones, nisi ante attestationem publicationem opponantur: secundò, testes probatorios per alios reprobatorios à parte adversa productos, hosceque posse etiam reprobari: tertio, dari penas in testes, qui falso scienter deposuerint; denique in additionibus ex aliena manu advertitur, examen testium coram Notario citra delegationem incontinenti in processu executivo, posse ad probandam exceptionem admitti.

Ad primum est facilis adnotatio, attentis Hispanis determinationibus; nam intra sex dies publicationis, à die intimationis, partibus factae, tam in prima, quam in secunda instantia jusque generis repulse sum opponendae, & si praedictus sit elapsus terminus, rejiciuntur (1); legitima vero cum sint, & intra eundem opposita (2), ad earum probationem Judex acta recipiet, terminum qui non debet dimidietatem termini, in principali causa praefixi, excedere, assignando (3). Secundum non tenet, quia nova licet productio per modum, seu viam restitutionis concedatur, post testium publicationem ad alias productiones recurri nequit (4). Tertium comprehendit, quid contra pravam, & horrendam consuetudinem, dum nomen Domini Dei nostri in vanum accipitur, leges stabiliant; considerantes Catholici Reges debere è suis dominiis simile scelus perpetrantes eliminare, talionis poenam in eos statuerunt, adversus quos, falso deposuisse in causa in qua ordinariam mortis, aut aliam corporalem evadere non poterant, constituerit etsi ejusmodi eis non esset poena irrogata, in civilibus causis observantia legum super hoc disponentium praecipitur: insuper decernendo, falsorum testium in dentium extractionem condemnatorum, poenam commutari, ut publicas traducantur per vias, per decenniumque in triemes mittantur: in criminalibus extra casum mortis reo imponendae, eadem puniunt, sed perpetuo triemes (5).

(1) L. 9. tit. 8. lib. 4. Mandamos, que hecha la publicacion de los testigos en qualquiera de las instancias, cada una de las partes que quisiere decir su intencion de bien probado, ó tachas, contradecir en dichos, ó en personas los testigos, ó probanzas que la otra parte hubiere presentado, lo diga, y alegue dentro de seis dias despues de hecha la publicacion, y notificada la parte, ó á su Procurador, y no deinde en adelante.

(2) Ead. Ibi: Y si dentro del dicho término fueren puestas tachas concluyentes contra las personas, y dichos de los testigos...

(3) L. ead. Ibi: Y fuere visto á los del nuestro Consejo, ó al Presidente, y Oidores, que son tales que deben ser recibidas, que den sentencia en que resciban á prueba de ellas; y que el término sea perentorio, y no pueda ser mas de la mitad del término que fue dado para la probanza principal...

(4) L. ead. Ibi: Las quales ordenamos y mandamos, que sean bien especificadas, segun los derechos disponen;

Vide verb. Matrimonium art. 2. sub numer. 1. \*  
\* Testes de auditu auditus, allati in processu Apostolico, conjungi non possunt in linea aequalis probationis, cum testibus de visu extantibus in processu Ordinario in causis Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum. Benedic. XIV. in Appendice ad tomum 4. sui Bullarii pag. 2. constitut. incip. Cum ex relatione §. 2. Vim tamen adminiculativam habere possunt, modo majorem, modo minorem, pro varia circumstantiarum conditione: Idem ibid. §. 3.

59 Debet Testes produci coram Judice, cui fides est facienda, & quidem in loco Judicii, quum major dicatur auctoritas praesentium testium, quam testimoniorum: L. 3. §. 4. ff. de testib.

60 Nihilominus minus potest Judex interdum examen testium delegare, praesertim in civilibus: Novell. 90. cap. 5. Auth. apud C. de fide instrum.

Hinc sponte sua fluit, Notarios non aliter posse 61 testes per se examinare, quam si examen hoc à Judice delegatum sit. Et ita hoc examen privatum 62 à Notario factum nullum est: Beustad L. 31. numer. 212. ff. de Jurjurand. Carpzov. lib. 3. Respons. 87. numer. 3. Greg. conclus. 102. num. 1. & 9. atque adeò nihilominus modo probatio adhuc salva sit, denuò à Judice juramento adstringendi, & examinandi sunt.

64 De cetero ubi non requiritur sollemnis probatio, sed sufficit nuda demonstratio, facilis expositio testium coram Notario admittitur, uti communiter hodie in possessorio summarissimo fieri solet, ubi praesentes, vel quasi demonstrasse sufficit.

65 Pariter in processu executivo ad probandam exceptionem incontinenti admitti posse examen testium coram Notario circa delegationem, tenet Carpzov. Jurisprud. forens. part. 1. constit. 8. defin. 3. quum judicium summarie peragatur. ¶

TES-

TESTIUM PRESENTIA quoad Matrimonia.

Vide verb. impedimenta Matrimonii art. 2. & numer. 19. ad 113.

THALMUD HEBRÆORUM.

SUMMARIUM.

- 1. *Juræ, & Hebraei unde sint dicti.*
- 2. *Thalmud Hebræorum, seu Judæorum quid sit, & importet.*
- 3. *Quando, & à quibus fuerit compilatum.*
- 4. *Thalmud aliud est Hierosolymitanum, & aliud Babylonicum.*
- 5. *Thalmud secundum Pignatell. quando fuerit incipitum, & completum, & à quo in compendium redactum, quod secundo habetur post Bibliam.*
- 6. *Thalmud sive Hierosolymitanum, sive Babylonicum, quid contineat.*
- 7. *Thalmud juxta Greg. IX. fuit per totam Galliam combustum.*

Cum non semper plagarum modus justa perjurantium qualitates possit metiri, & nonnumquam casus occurrentes nequeant legum dispositione identificari, multum judicis arbitrium praevaleret, dum poenae minores antecedentibus haud fuerint: Nulla dubitatio circa harum resolutionum observantiam occurrit, siquidem absque aliqua poenarum relaxatione à nostro D. D. Philippo V. leges, quae adversus falsos testes, & delatores in omni causarum genere civilium, aut criminalium inveniuntur, observari est demandatum (1). In causis criminalibus, & civilibus arduis testes coram judice examinari debere, nemo dubitat (2): de eis quae parvi sunt momenti, de civilibus praesertim, fidei Tabellionis examen committi solere, est per quam manifestum, quibus attentis, in mentemque revocanda stabilitum circa executiones faciendas, Hispani relata doctrinam neuitiquam admittunt: quoniam praeter alia requisita, quae in judicio executivo concurrere debent, tempore substationis transactio, ad ultimam executionem intra triduum, post citationem vulgò de remate, comparere debitor tenetur, ut suas exceptiones: alias judex suam ultimam executionis sententiam profert, fierique solutionem jubet: at verò si intra praedictum terminum comparuerit, decem dierum spatium debitori assignatur, à quo executioni se opposuerit, intimatumque fuerit ejus decretum, ut suas exceptiones justificet (3): in hoc judicio, assignatio temporis per judicium facta, in effectu est eadem ac pari passu ambular cum sententia interlocutoria per quam processus in ordinario ad probationem recipitur (4): per consequens sine commissione Tabellioni praemissa, nulla est fides testibus adhibenda, ideò exceptio sic probata nullius roboris aestimatur, utpote citra delegationem facta, & extra tempus à lege praefinitum.

guarden y executen las leyes de nuestros reynos que sobre ello disponen. L. 7. ejusd. Mandamos, que los testigos falsos en el caso, que segun las leyes de nuestros reynos en las causas civiles habian de ser condenados á quitar los dientes, les sea esta pena conmutada en vergüenza pública y servicio de galeras por diez años: y que los dichos testigos falsos en las causas criminales, no siendo caso de muerte en que se hubiese de executar en él la misma pena, sean condenados en vergüenza pública, y perpetuamente á galeras: lo qual se entienda y extienda á las personas que indugeren á los dichos testigos falsos siendo de qualidad, que puedan ser condenados al dicho servicio de galeras. L. 3. tit. 8. L. 7. Ind. Somos informados que en las Indias hay muchos testigos falsos, que por muy poco interes se perjuran en los pleytos y negocios que se ofrecen, y con facilidad los hallan quantos se quieren aprovechar de sus deposiciones; y porque este delito es en grave ofensa de Dios nuestro Señor, y nuestra, y perjuicio de las partes: mandamos á las Audiencias y Justicias, que con muy particular atencion procuren averiguar los que cometen este delito, castigando con todo rigor á los delinquentes, conforme á las leyes de nuestros reynos de Castilla, pues tanto importa al servicio de Dios, y execucion de la justicia.

(1) Auth. acord. unic. tit. 17. lib. 8. Experimentándose con reparable frecuencia la facilidad de incurrir en la execrable maldad de hacer falsas delaciones, y ser testigos contra la verdad, de que resul-

8. Idemque fieri statuerunt Innocentius IV. Clemens IV. Honorius IV. & Joan. XXII.

9. Referuntur plures ejusdem libri combustiones ordinatae à diversis Pontificibus in Urbe, & per Italiam.

10. Denique Clemens VIII. prohibitionem confirmavit, nulloque pacto retineri, vendi, aut iterum excudiri mandavit, quodque infra duos menses Ordinariis, seu Inquisitoribus deferretur.

11. Et contra omnes transgressores tum Hebraeos, tum Christianos gravissimas poenas imposuit.

12. Addita contra transgressores Christianos excommunicatione latae sententiae.

13. Haec excommunicatio licet per dictam constitutionem non sit explicite, & expresse reservata quoad omnes, asseritur tamen implicite reservata quoad aliquos, qui assignantur cum causa reservationis.

14. Additiones inseruntur.

Juræ dicti sunt à Juda quarto Jacobi Patriarchae filio: Unde Palaestina regio utpote ab eis inhabitata, Judæa nomen obtinuit: Joann. Bohem. de nation. mundi. in republic. hebræorum cap. 3. Card. Petra tom. 3. commentar. in constit. Innocentii IV. numer. 1. Et Hebraei dicti sunt ab Heber abnepote Semi filii Noe, ut notant Tertull. in Apol. cap. 18. & post plures Gouzal. in cap. Judæi 5. num. 1. de Judæis, Petra

ta á muchos inocentes la molestia tal vez de dificultosa reparacion en la honra, vida y hacienda, en ofensa, descredito y escandalo de la Justicia, que debo y deseo se distribuya, y administre en mis reynos y dominios, como principal obligacion, que con la Corona ha puesto Dios á mi cargo; y reconociendo que estos enormes y perniciosos abusos proceden de no practicarse con el vigor y puntualidad que convienen las penas prescritas, y establecidas en las leyes: he resuelto, que con la mas rigurosa exactitud y observancia se executen las leyes que hay contra testigos falsos delatores en todo género de causas:

(2) L. 6. tit. 6. lib. 4. El Alcalde sea tenido de compeler y apremiar los testigos de que la parte se entienda aprovechar, para que vayan ante él á decir sus dichos, sobre qualquier pleyto civil ó criminal. Vide verb. Probatio.

(3) Vide verb. Sententia, vers. Asseritur, in add. hisp.

(4) L. 2. tit. 21. lib. 4. Ibi: Salvo si dentro de diez dias mostrare la tal paga, ó legitima excepcion sin alongamiento de malicia por otra tal escritura, como fue el contrato de deuda, por albala, que haga fé, ó por confesion de la parte; ó por testigos que esten en el Arzobispado ó Obispado donde se pidieré la execucion tomados dentro del dicho término, y para probar la primera paga, y excepcion si por testigos lo hubiere de probar: no la probando dentro de los dichos diez dias. L. 3. ejusd. Ibi: Que tengan diez dias para alegar y probar.